fines mandati de Rescript. ex parte decani de p(rese)nti in presentia et c. ex
insinuatore hoc verum nisi est constitut(us) ad causas etiam devolvendas quia
tunc si postea causa in curia sive per appellationem etiam devolveret sine
premissis de speciali mandato pape introduceret cum tunc pro(curator) ultius
in causa rite et bene debite procedere quia iam apparet de intendimento
constituentis quod tam in causis devolvendis quam devolutis voluit eum
esse procuratorem quia etiam ad futuras causas bene potest constitui ut ff. de pro-
cur. l. iii et iiii. de pro(curatore) li. vi iuste et ibi not. Quantum ad secundam conclusionem scilicet
primam putavit dominus Egi(dius) veram si in causa committeretur cum potestate ci-
tandi ad partes quia tunc apparet de certa scientia pape scilicet quod ipse vult omnino hu-
iusmodi causam fore in curia citandum et per consequens quod eo ipso causa ad suam curiam
devolvatur. Decius vero credebat si simpliciter littera de speciali mandato in
causa commissa esset dicti domini de mandato domini mei pape audiat causam
et iustitiam faciat omissa potestate citandi ad partes Ro(mana) sua fuit ista
quod tunc cum supplicatio non dat auditori potestatem citandi partem in urbe ad
veniendum litigare de partibus tunc eo apparet quod non est de certa scientia et
mente ipsius quod causa statim ad suam curiam devolvatur quod non est presumendum
nisi hoc papa exprimat ar. no. per Io. mo. in c. principali de re. iur.
li. vi. ad quod gratie se refert decani signatura etc. ad talem quo cum reciperet
littere ad curiam devolutam vel si pars reciperet In Curia presens sed ad presentia
dicti pro(curatoris) litteram non sufficeret quia talis pro(curator) nec reputat hoc tamen curie
devoluta nec eam devolvere potest quia hoc est contra mentem sine citationis
et sic nil ageret per iura supra allegata nec obstat predictum quod causa
devolvitur per in curia facta iuxta formam decretalis cle. eam clem. de elect.
quia illud est verum devolutum quod vim citationis importat et tunc
ius citat et per consequens causam ad curiam alias devoluta devolvitur ut in c. statuimus
e. ti. li. vi. nos enim loquimur de eo quod solummodo verbum sonat scilicet audiat
si est littere devoluta. Et si dicatur per verba que sequuntur datur auditori
potestas citandi scilicet iustitiam faciat quaedo si reciperet partem presentem vel
per contumaciam absentem. Sed non potest dici contumax de uno de tribus modis
notatis in c. quoniam frequenter ut lite non contestata § i. q. iii. ibi cum ego pot.
etiam esse quod in causa sit in curia de iure necessitate tractanda et
quod nihilominus citatio sit ad partes facienda, ut in c. sepe et c. cordi.
de app. li. vi. Sed pone quod procurator constituti ante appellationem in curiam vel commi-
ssam de speciali mandato ut supra factam in omnibus et singulis causis motis
et movendis ad romanam curiam littere devoluta fuit per interpretationem alteratum
utrumque cum tali pro(curatore) possit in causa postea littere devoluta procedi et videri
batur aliquibus dominis quod non quia verbum devolutum respicit dumtaxat tempus presens et
non futurum et sic referetur ad causas tunc motas littere devolutas et
et non ad causas movendas nisi addatur ad devolvendas prima gratia de Ro.

42

b 2